Arrest.

Du parlement de Paris

Qui deboute jean de la fontaine Essayeur de la monnoye de la Rochelle de l'appel par luy interjetté d'une Sentence des generaux des monnoyes qui enterine des lettres dud. office d'Essayeur en faveur du Sieur Michel Brun.

Du 17. Janv.r 1428.

Cum lis mota fuisset Coram dilectis et fidelibus nostris monetarum nostrarum generalibus magistris inter

Michaelem Sdrun dictum
vocredelet ex una parte et
joannem de fonte senorem
deffensorem et opponentem
ex parte altera ratione
officii temptatoris monate
nostre de rupella, quod officium
tunc per dictum deffensorem
detemptum dicto Michaeli
preceptar litteras nostras de
donc veramur et per easdem
litteras ex causis ibi dem
narratis ipsum michaelem
a dictis generalibus magistris
in dicti officii possessione
et sensina poni et institui
mandaueramus ipsarum
qua litterarum verificationem
integrationem dictus michael
Coram dictis generalibus
magistris pecierat et aduerso

dictus joannes opposuerat
demum dictis partibus cum
procuratore nostro pro nobis
super promissis etiam super
non nullis defectibus per
dictum joannem de fonte
seu pro parte sua in dicto
temptatorio officio ut dicebatur
commissis prefati generales
Magistri per eorum sententiam
dictum joannem de fonte ad
faciendum et exercendum dictum
officium inhabilem et indignum
declarassent et expulissent ulterius
quod ad verificationem et
integrationem litterarum
nostrarum per dictum
Michaelem Brun super
Dono dicti officii temptatoris
ut dictum est obtentarum
procederent declarando dictū

que Defonte pro defectibus
per eum in dicto officio
commissis in Emenda arbitraria
erga nos condemnando expensis
partium hinc inde compensatis
a qua quidem ſententia dictus
joannes Defonte ad nostram
parlamenti Curiam appellasset
et antequam dicta ſententia
daretur eo quod ſibi personaliter
arrestato dicte generales
Magistri de clargamento
providere denegaverunt
appellasse diceretur et hujus
modo appellationes virtute
ſeu medio certarum litterarum
nostrarum per quas ipsum
joannem a revocatione ipsius
per eum certis modis nobis
expositis ut dicebat facta
revelari, et ad proſequendum

easdem appellationes admitti
mandabamur releuasset et
prosecutus fuisset praefactus
que Michael Brun qui
pratextu verificationis
dictarum dom Litterarum
per dictos generales monetarum
magistros concessa dicto officio
positus et institutus fuerat
quod dictus joannes Defonte
in prejudicium dictae sua
appellationis factum fuisse
dicebat a joanne baile
seruiente nostro executore
Litterarum ad jornamenti
in Casu appellationis per
dictum Defonte sub forma
consueta impetratarum id
quod factum in praejudicium
dictae appellationis reparare
volente appellationem fecisset

et super ea reuelata ut in e oppositionem mutaretur literas a nobis obtentas dicta nostra Curia presentasses.

Auditis igitur in Curia nostra partibus ante dictis super Causis appellationum predictarum ac super excessibus et attemptatis qui et que interuenisse dicebantur et aliis que circa predictam dicte partes dicere proponere et requirere et petere voluerunt uiso que processu inter dictas partes tam coram dictis generalibus monetarum Magistris quam deinde in dicta nostra Curia agitato penes dictam Curiam

vi fieri jus an bene vel male
fuisset appellatum tradito et
Concluso et consideratis ...
omnibus quo dictam nostram
Curiam in hac parte movere
poterant ac debebant per
arrestum dicta nostra curia
dictum fuit in quantum dictus
joannes a predictis generalibus
Magistris monetarum ...
appellans erat dictos generales
Magistros bene judicasse et
dictum ~~fuit in quantum~~ joannes
male appellasse et emendabit
appellans una emenda, emendā
illam arbitrariam in qua erga
nos per sententiam predictam
fuerat condemnatus ad summam
quadraginta Librarum parisi=
=ensium taxando in quantum
vero dictus Michael Brun

appellans extitebat sæpe dicta
Curia nostra ipsum male
appellasse quod idem appellans
Emendabit declaravit et declarat
expensis hinc et inde Compensatis.